

CATALOGVS
PRAELECTIONVM
IN ACADEMIA
FRIDERICIANA
QVAE BUETZOVII EST,
SEMESTRI AESTIVO


A. O. R. cccLXX.

HABENDARUM.



BUETZOVII

TYPIS JOHANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. PRINC. AUL.
ET ACADEM. TYPOGR.



PRAELECTIONES THEOLOGORVM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th.
P.P.O. & Consist.Ducal.Consil. juvante Deo continuo post Pascha-
tis festum præleget *HISTORIAM ECCLESIAST. NOVI FOED.*
ductu *Breviarii Baumgarteniani*. Cum vero b. *Baumgarteni-*
us, prouti instituti ratio postulabat, brevissimis tantum verbis
gravissima historiæ christ. momenta digito quasi indicet, & an-
naliū quidem more secundum annorum seriem; totum rerum
gestarum cursum in insigniora intervalla & periodos temporum
distinguet, singulisque periodis, ad supplendum auctorem, ubi-
riorem tractationem fatorum & successionis tum veræ doctri-
næ, tum errorum, ut & formæ cultus divini externi, rituumque
& cæremoniarum, omniumque capitum, quæ ad antiquitates
ecclesiast. pertinent, adjicit, imprimis vero operam dabit, ut
status & forma regiminis ecclesiast. singulis periodis accurate ex-
plicetur, siveque veri fontes & origines juris ecclesiastici, tum
antiqui, tum Protestantium aperiantur: quo & Juris Studiosi
fructum inde capere queant, quem ab accuratori Historiæ ec-
clesiasticæ notitia unice expectare possunt ac debent. Absolutis
deinceps, quam primum fieri poterit, prælectionibus dogmaticis
& polemicis, tradet *THEOLOGIAM MORALEM*, & præce-
pta *HERMENEVTICAS SACRÆ*.

FRI-

FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Conf.
Consist. Duc. & Theol. P. P. O. per hoc semestre aestiuum b. c. D.
1) *Theologiam Dogmaticam* docebit iis praecipue inseruiturus,
qui hanc grauissimam *Theologiae* partem a principio doceri cu-
piunt; quum *S. V. Collega* in illa tradenda longius iam progres-
sus sit. 2) vt *Auditores* suos *Carissimos* ad saluberrimam insti-
tutionem *catecheticam*, partem officii ecclesiastici facile princi-
pem, rite praeparet, *Catecheses S. tum* materiam, *tum* methodum
tradet, & cum *theoria praxin* coniungeret. 3) in institutione
Hermeneutico-Exegetica perget.

IVRISCONSVLTORVM.

ADOLPHVS FRIEDERICVS TRENDELENBVRG, D. &
Iuris Antecessor, quibus curae est cordique bene probeque or-
dinare studia academica, iis *consilia* tam generatim *de vita aca-
demica prudenter instituenda*, quam imprimis *de optima ratione
addiscendi iurisprudentiam* ita communicabit, vt non solum in
eligendis ordinandisque scholis, sed & in ratione veram ex iis
vtilitatem percipiendi habeant, quas tuto sequantur, regulas.
Praeterea hora legitima singulis diebus ad *HEINECII elementa
iuris ciuilis secundum ordinem institutionum* ita commentabitur,
vt, quantum fieri possit, historica & chronologica ratione quid
in quavis iuris quaestione ante Iustinianum ex institutis Roma-
norum obtainuerit, quid a Iustiniano Imperatore mutatum cor-
rectumue sit doceat, intertexta vbiuis ad vetusta haec Latii iura
intelligenda necessaria antiquitatum notitia. In explicandis au-
tem ad *Boehmeri librum iuribus Digestorum*, quibus praeter bi-
nas in singulos dies horas legitimas, destinabit duas alias singulis
septimanis adiiciendas, vt semestri spatio ex more suo has scho-
las finire possit, ita versabitur, vt auditores doceat, quid ex iure
romano in Germaniam nostram translatum, quomodo id iuris
pontificii auctoritate immutatum, moribusque vniuersalibus Ger-
maniae & in specie patriis admodum sit, & quid moribus,
legibus, constitutionibusque patriis auctoritati iurium peregrino-
rum detractum sit, vt hac ratione plane perspicueque cognosca-
tur

tur quaenam sit mira illa iurium peregrinorum domesticorumque mixtura, qua foras nostra reguntur. *Disputationum* quoque exercitia offert, & *examina* tam ad institutionum, quam ad Pandectarum scholas, prouti lubebit, instituenda. Lubens quoque, si licebit per priuatissimas institutiones, quibus hoc aestiuo semestri forte vacabit, adcedet ad eam iuris partem, quae de *criminibus* praecipit, duce *Illustri MEISTERO* explicandam, aut, si magis placet, ad docendam trituram forensem secundum *Excellentissimi CLAPROTHII* praeepta ad mores legesque patriae adcommmodanda.

IOHANN MATTHIAS MARTINI, L. D. & P. P. O. absolutis laboribus, quibus proximo abhinc semestri fuit occupatus, per instans aestivum docebit

- 1) *institutiones iuris.*
- 2) *ius patrium.*
- 3) *historiam iuris uniuersi, quo per germaniam utimur; vel si pluribus placuerit, ius criminale; denique*
- 4) *desiderio quorundam Commilitonum svavissimorum satisfactorus, ius pandectarum.*

Horas singulo collegio destinatas publice suo tempore cum auditoribus communicabit.

GVIL. AVGVSTVS RVDLOFF, D. & P. P. O. Deo volente per proximum semestre *publice* h. X. alternis diebus explicabit *rem iudicariam imperii*, & *ius* quod vocant *principum priuatum* Ill. PÜTTERVM in vtroque sequuturus ducem. *Priuatum* vero h. IX. enarrabit *historiam imperii Romano Germanici* ad filum eiusdem PÜTTERI V. Ill.; h. XI. praeepta *iuris feudalis* secundum Ill. BÖHMERVM, & h. III. p. m. *ius germanicum priuatum*, praeeunte Gener. a SELCHOW, tradet.

MEDICORVM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Med. D. & P. P. O. SEREN. DUC. REGNANT. Consil. Aulicus, Praelectiones publicas

cas destinabit Manuductioni ad vitam longam, quatenus a rite
observata Diæta obtineri potest, quo & non Medici Senectutem
viridem optantes habeant, qvod in usus suos convertere possint.
Privatim docebit Praxin Medico - Clinicam, & sub finem ejus-
dem tradet Praxin sic dictam Extemporaneam, sive Casus inopi-
natos promptum auxilium desiderantes. Et si præterea alias artis
salutaris institutiones desideraverint Philiatri, horum exspe-
ctioni prolixo animo satisfaciet.

AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Med. D. & P. P.O.
Publice Tabularum suarum anatomicarum, si quae restabunt,
explicationem ad finem perducet. hor. X - XI.
Privatim Artis Chirurgicae & Theoriam & Praxin, ad ductum
institutionum *Ludwigianarum* exponet, hor. II - III.
Privatisimas quoque operas desiderantibus non denegabit.

PHILOSOPHORVM.

ANG. IO. DAN. AEPINVS, Philos. P. P.O. & SERENISS.
DVCI a Consil. Aul. ob negotia clementissime sibi demandata
absens, hoc semestri laboribus academicis vacare adhuc impe-
ditur, ad quos tamen, quamprimum fieri poterit, redibit.

M. WENCESLAUS JOH. GUSTAVUS KARSTEN,
Math. P. P.O. uti solet, hora VIII - IX. explicabit Partem I. hora
vero II - III. Partem II. libri ab ipso editi, cui titulus: *Lehrbegriff
der gesamten Mathematick*. Prælectionibus hisce theoreticis
junget practicas præcipue mechanicas, ita quidem ut hora IX - X.
Staticam, Hydrostaticam & Aerometriam una cum primis Me-
chanicæ Generalis Elementis, hora vero III - IV. Mechanicam
corporum solidorum recitaturus sit secundum præcepta in Parte
III & IV. citati libri uberioris, ac in libris elementaribus vulgo fieri
solet, exposita.

EOB. TOZIVS, Hist. Prof. P. O.
Hora IX - X. Notitiam dabit Reipublicæ Foederati Belgii, Re-
gno-

gnorum Daniae, Sueciae, Poloniae & Imperii Russorum ad fidem Voluminis secundi libri sui: der gegenwärtige Zustand von Europa.

Alia hora e Tabula publica significanda docebit Historiam praecipuorum Europae Regnum & Rerum publicarum, praenente ill. Achenwallio in libro, quem inscripsit: Geschichte der heutigen vornehmsten Europäischen Staaten im Grunde.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, LL. OO. P. P. O. & Bibliothecae publicae Praefectus b. c. D. per hoc semestre aestiuum

h. lIX. Tribus prioribus hebdomadis diebus in Prophetas maiores; tribus autem posterioribus in Noui Foederis libros, lectiones, quas dicunt cursorias instituet.

h. IX. *Fundamentale hebraicum* duce Danzio, ex praescripto denuo inchoabit.

h. XI. Collegium *diplomaticum orientale* redauspicabitur, Auditoribus quos insolita Orientis facies haud deterret, nullum non genus scripturæ Orientalium tam antiquae quam recentioris, in *numis, inscriptionibus atque manuscriptis obuiae, lubenti candido* animo suppeditaturus.

h. III. *Antiquitates sacras & historiam litterariam orientalem* diebus cuique labori destinandis tradet. Nec iis deerit, qui ad dialectos Chald. Syr. Arab. atque Rabbin. aut alias, quae sui munera sunt, scientias addiscendas manuductione sua vti, honeste cupierint.

IOANNES NICOLAVS TETENS, Philos. D. & Physic. Pr. P. O. *Logicam, Metaphysicam & Physicam*, horis in tabula publica indicandis, semestri aestiuo v. D. docebit, ad alios quoque labores paratus, si qui sint, qui eos desiderent. In *Physicis Institutionibus* ad ill. Segneri *Introductionem* commentabitur: in *Metaphysicis* suadent auditorum commoda, ut pro filo eligat clariss. Federi *Metaphysicam*, & in *Logicis ejusdem Logicam, Metaphysicae suae vernacula conscriptae praemissam*. Et hanc postiorem eam quoque ob rationem, ut singulis hebdomadibus una alte-

alteraue supersit hora, in qua mutuo colloquendo cum auditorebus suis, examinando, difficiliora aut non rite intellecta vberius explicando, ingenia discentium in perspiciendis praceptis exercere, & in accommodandis iisdem ad usum, propiori aliqua ratione manuducere possit.

S. S. WITTE, J. N. & G. P. P. O.

Hora VII. *Logicam ad Waldini Novum Logicae Systema*;

Hora IX. *Jus Naturae* stricte sic dictum;

Hora XI. *Jus Sociale*, & quidem utrumque ad *Darjesii Institutiones Jurisprudentiae universalis*, docebit.

Praelectiones etiam in *eiusdem Erste Gründe der philosophischen Sittenlehre*, aut in *Iselinii Geschichte der Menschheit*, offert.

DOCTORVM PRIVATORVM.

D. NICOLAVS GEORGIVS BERNARDVS DE LOEWENSTERN, more solito I. *PRIUATIM* 1) fontes iurium, quibus homines utuntur, inque illis (a) *Ius Germanicum*, idque vel a) *allodiale* ad *DE SELCHOW* vel b) *crimiale* ad *MEISTERUM* vel c) *feodale* ad G. L. BOEHMERUM. (b) *Ius Romanum* ad *fora Imperii nostri accommodatum* tum a) *respectu originis* ad *PLATTNERUM* vel alium, tum b) *respectu materiae* ad librum dictum vulgo: *der kleine Struve*. exponet 2) *remedia* quibus iidem iura sua defendant in iudicio duce *BOEHMERO* explicare continuabit. II. *PUBLICE* 1) *Prolegomina sua iuris*, maxime *civilis*, in nouorum; in ceterorum vero commilitonum gratiam 2) vel *Capitulationem nuperam Josephinam* vel *ius Cambiale* ad *SELCHOWII Grundsätze des Wechselrechts* b. c. D. interpretabitur.

IOANN. GUILIELMUS CREMER, J. V. D. LL. OO. L. P. per instans semestre linguas Gallicam, Italicam & Anglicam iutante DEO docturus, generosissimis ac nobilissimis Commilitonibus tam ad singularum principia perdiscenda, cognoscendamque indolem;

dolem, quam ad habitum iis cogitata exprimendi acquirendum institutionem offert & operam suam. Quam quoque iis, qui in Hispanico sermone addiscendo ea vti cupiunt, qualemcumque pollicetur. Quae occupationes, eaeque, quibus praeterea adhuc vacare debet, si quid temporis ipsi relinquunt; illud paelectionibus impendet iuridicis; partem Iurisprudentiae, quam est explicaturus, in tabula publica indicabit.

*

*

*

**Qui praeterea corporis exercitiis operam nauare cupiunt,
magistros quoque habent artium eo pertinentium peritisimos.**

P. P. Bützouii circa Festum Paschatos A. MDCCCLXX.

